136



promittunt. hieremias dixerat. & iam cetera uasa uel templi uel do
mus regiæ & uniuersi populi quæ nabuchodonosor dimiserat trans
ferenda ht promittit. quæ tulit nabuchodonosor rex babylonis de loco
isto & transtulit ea in babylonem. iechoniam filium ioiachim regem
iudæ & omnem transmigrationē iudæ qui ingressi sunt babylonem.
ego conuertam in locum istū ait dn̄s. conterā enim iugū regis babylonis.
pro quibus lxx transtulerunt. iechoniā & transmigrationē iudæ quia
conterā iugū regis babylonis. breuiter hebraicę ueritatis sensū magis
quā uerba ponentes. pollicetur autē ananias prophetes ut tunc po
pulo uidebatur. non solū uasa sed & regem iechoniam reducendum esse
hierusalem & iugum regis babylonii conterendum. hoc est destruendū
eius imperium. & hoc nec dum completo futurum biennio ut gaudii mag
nitudinem uicinum tempus repromissionis augeret. & dixit hieremi
as propheta ad ananiā prophetā in oculis sacerdotum & in oculis om
nis populi qui stabat in domo dn̄i. & ait hieremias propheta amen
sic faciat dn̄s. suscitet dn̄s uerba tua quæ prophetasti ut referantur
uasa de domo dn̄i. & omnis transmigratio babylonis ad locum istum. op
tat fieri quod pseudo propheta mentitur. hoc enim significat amen
quo uerbo sępe dn̄s abutitur in euangelio. amen amen dico uobis. &
cupit pro rerum prosperitate magis illū quā se uera dicere. unde &
alius propheta testatur dicens. utinam non essem uir habens spm̄. &
mendaciū potius loquerer. e contrario ionas contristatur. quare men
titus sit. & arguitur ad n̄o. ut illius prophetæ esse mendaciū quā tantę
ruinæ multitudinis ac ne uideretur pseudo prophetæ conprobare

ht. babilonē. hic autē e contrario. & iam ea quę translata fuerant referenda

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0279